

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 165v–166r

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 109

[109] CIX^a

<sic iuravit Iudeus ^b> Quod^c tu in causa reus non <pro ^d> sis, qua [k. 166r] te hic idem vir Christianus^e inculpet, quod <ita ^d> te Deus adiuvet. Idem Deus, qui celum et terram creavit, aerem et rorem, montes cum vallibus, frondes, flores ac gramina. Et si sis reus, quod terra te absorbeat, que Datan et Abÿran absorbuit, et si reus fueris, quod te venenum ac gutta ac lepra invadat, que precibus Helÿzeÿ Naaman Sÿrum dimisit et Ýesi invasit. Et si reus fueris, quod te ignis conburret celestis et caducus invadat morbus, et sanguinis invadat fluxus. Et si reus fueris, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus es, quod ad sinum Abrahe nunquam pervenies et tibi accidet, ut uxori Loth, que transmutata fuit in effigiem salis, dum Sodoma periit et Gomorra. Et si reus es, quod ad synum Abrahe nunquam pervenies [s], et eiam nunquam ad resurreccionem pervenies, ubi Christiani^f et Iudei et gentiles ante Creatorem omium rerum resurgent. Et si reus fueris, quod te lex deleat, quam Dominus dedit Moÿsÿ in monte Sÿnaÿ, quam Deus solus suo scripsit digitto supra lapideam tabulam, et te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque libris Moÿsÿ. Et si tuum iuramentum non iustum nec mundum fuerit, quod te deleat Adonaÿ et sua deitatis potencia. Amen. <et sue divinitatis in secula seculorum amen ^g>

^a w ramce; ^b ręką komentatora A; ^c ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^d dopisane ze znakiem wstawienia, zapewne ręką komentatora B; ^e Xpianus; ^f Xpiani; ^g ręką komentatora

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]